



94





210/53

27 - 56



Ad Nuptias Auspicatas  
Nobil. Amplifs. Prudentifs. & Doctifs.

Dn.

**NATHANAELIS SCULTETI,**

Hereditarii in *Deudsch Oßsig*/

Senatoris in inclita Gorlic. Repub. dignifs.

Tertiùm Sponsi,

&

Nobil. Lectifs. Castiffimæq; Virginis

**ELISABETHÆ,**

Nobil. Amplifs. & Prudentifs.

Dn. CASPARIS CUNRATH, Hereditarii

in *Geschwitz*/ Scabini in eâdem Republ.

Filiæ, Sponsæ,

*ad*

*16. d. cal. IXbr. An. O. R.*

*cIo. Io. c. XXII.*

*Applausus Votivi, dati ab Amicis  
congratulantibus.*

**G O R L I C I I**

Johannes Rhamba excudebat.

DN. 9045940



Nobil. Amaliae Fredericae & Dorotheae

Da

MATHEMATICA

Generosissima in Christo Godefrido Reipol. dignitate  
Terminum spolia

Nobil. Ludovici Christiani & Virginiae

ELISABETHAE

Nobil. Amaliae & Friedericae

Dr. CASPARUS CURIAE Hæreditarie

Magister in eodem Reipol.  
Terminum spolia

Dr. JOHANNES RHEINBERGER

Magister in eodem Reipol.

Appellationes & Reversales  
congratulationes

GOETTER

Johannes Rheinberga exordibus



## Contra Alexin pro Conjugio.

**T** Hurius infamis mavult audire poëta:  
Quàm captus domina subdere colla jugo.  
Quòd sit pauperi onus: serat intra limina lites:  
Numato moles; luxuriosa foris.

Audiat infamis, Veneres Suadamq; perosus  
Fœminei sexus ora, labella, genas:  
Impius in matrem; cui tot periere labores,  
Circuitus Lunæ quos tulit illa decem:  
Dùm daret in lucem hunc socialis Alastora amoris,  
Voce laceffentem carminibusq; Larem,  
In cuius gremio nutritus & ubere pastus  
Attigit Aonii culmina summa jugi.

Nugator verè est: qui quod Natura, quod orbis  
Comprobat immensus, iudicat esse malum.  
Quippe malum non est: quod pressos mole malorum  
Adjuvat. Et demus, forte an esse malum:  
Corrigier virtute potest. Nec dicere verum est,  
Esse malum vinclum connubiale tori:  
Per quod terrigenùm series extenditur orbe,  
Atq; Dei cultrix turba renata datur.

At Tu Nathanaël sacris operatus Amoris  
Conjugioq;, facis rectiùs atq; sapis.  
Namq; tuæ famæ, studiis quæ parta decoris,  
Consulis: & nomen prodere porrò cupis  
Ad seros thalamo exorituos deinde nepotes  
Et miraturos tristia fata patrum.



Ingeniūq; bonis tu cultus & ore disertus,  
Fontibus Aonidum tinctus & arte Dices,  
In patria fulges pars non postrema Senatus:  
Quem studiis ornas, consilioq; locum.  
Contigit antè Tibi nomen Patris atq; Mariti:  
Invidit titulum sed Libitina Tibi.  
Rectè igitur renovas tedas, quò amissa requiras  
Commoda cum titulo Conjugis atq; Patris.  
Vive Tua felix cum conjuge Nestoris annos:  
Felix vive tuâ in posteritate Pater.  
Eximium thalamo decus additur, ore venusta,  
Pectoris egregia ac mentis Elisa bonis:  
Casparis antiquâ Cunradi stirpe creata:  
Qui pars consilii publici & Ipse cluit.  
Esto bonisq; Tuis felix & amore puella:  
Quæ Vidui in thalamum tertia nupta venit.  
Maestè animo sis & Virtutum lampade: Teq;  
Gaudeat hoc talis patria nostra Viro.

M. Elias Cüchler. P. C.

---

**A** N N A maritales thalamos Schnitteria linguens,  
Ante tuo lateri quod sociata fuit:  
Largiter amissum Elisabeth Cunradia secum,  
Restituat viduæ tertia cura domo.  
Has inter si quid forsán discriminis, hoc sit:  
Vivendo hæc geminet tempora Schnitteriæ.  
Sic non caussa tibi queritandi, abiisse priorem:  
Visam abiisse prius sic rediisse puta.

*Pauca*



*Pauca quidem numero, sed maxima pondere paucis,  
Sponse, precor. Paucis annuat ipse Deus.*

*M. Elias Theodorus*

*I.*

*Q*uod laureatum secula seculum  
Antiqua dixênt: ridiculo furit  
Nunc execrandoq; appetitu  
Divitiarum operosiorum.  
Fastidiosis quid querimoniis  
Incendot edas: quas melioribus  
(Non ille demens, cæcus, effrons)  
Igniculis animat Cupido?  
Non absq; caussa, non sine re. Nova,  
Te Patre, discat Barbaries minor  
Ire, & nepotes, quos minaris,  
Herculeos precor banc in bydram;  
Magni Parentis magno imitamine:  
Formosa Virtus alite Pegaso  
Quem sessit antem, noctilucum  
Vexit ad Uranies sacellum.  
Undè hoc nefastum perdomuit scelus:  
Et densa torsit spicula in hoc caput;  
Sublimis Orionis ense,  
Amphitryoniadaq; clavâ,  
Commilitones inter Olympicos.  
Quin Temet ipso, ceu Patre, sic Duce:

*A 3*

*Cui*



Cui nata haberi, non habere,  
Illa bona, exterius decora,  
Sub servitute Mens domitrix agit.  
Stultè superbit: qui per humum trahit  
Vivum cadaver, negligensq;  
Ingenii, sibi plaudit excors.  
Ni noverit se: qui sua, vix-sua,  
Ceras in alto pariete nobiles,  
Aurique pallorem lutosi  
Noverit intus, & examussum?  
Ter tertiatis plaudite nuptiis!  
Schultete, nomen qui sibi, qui tibi  
Æternat: à Te gratiosum  
Nomen avi, titulumq; poscit.

## II.

Bis raptâ in prole, & bis raptâ in conjugè damnum  
Hoc quadruplex reparet tertia Juno quater.  
Re Matres, sobolem sed nomine reddat utramq;  
Hoc primum functis debeat officium:  
Undè reviviscant. Ut, Sponse, à morte supersis:  
Ipse Tibi numeres, quot monumenta velis.  
Tertia pro meritis pietas stet utriq; Parentum.  
Mirum! si & fuerit non memor ipsa sui.

Valentinus Kitter D.

Sponso-



**S**ponsorum rursus conspirant nomina amicè:  
Atq; novis tædis omina læta ferunt.

Nathanaël Jovæ donum designat Hebrais:

Elisabeth dulcis Pax Requiesq; DEI est.

Et dubitem placido conjungi Numine amantes?

Aut metuam amborum fata sinistra toro?

Quid, quòd & omen habet sacro lux festa iugali?

Nomine quam signat Diva Benigna suo.

Jovæ omen firmet Scultete; Tibiq; Benignos

Hoc etiam thalamo det cumuletq; dies:

Quales & primo qualesq; exinde secundo

Sensisti optatâ currere sorte Tibi.

Atq; ô fata eadem sitâ diuturna fuissent!

Quàm placida & votis apta fuere Tuis.

Sed quod Bergeræ & Schnitteræ tædâ negavit:

Hoc Cunradinæ fata Benigna ferent.

Tertia coniugii ne cernas vincula solui:

Sitq; Tibi à viduo Pax Requiesq; toro.

M. Johannes Ludovicus.

---

**I**n rebus humanis & orbe, perfectum

Debet quod esse, per suos gradus crescit:

Felicitatis dum penetret ad summa.

Probas id, exemplar perenne, Scultete

Dei favoris. Prima nam tori Martha

Fotrix iugalis mensium extitit bis sex

Decus modò, & primordium Tui voti.

Verum altera heroina, flamma Schnitteris,

Arnol-



Arnoldii prius cubilis, aſt ignis  
Deinceps Tuus; vivacior Tuos auxit  
Et res & amplexus corona: qua fulgens  
Felicitas ſublimius ſibi augmentum  
Tua addidit; qua dignitatem, & aggeſtas,  
Virtutibus quales Tua ſacras, dotes.

Perfecta ſi qua trina, ceu piè credo:  
Tuis ſupremam fauſtitatibus dextram  
Hac tertia imponet: Virago qua nunc eſt  
Et Sponſa; cras uxor, perendie aut forſan:  
Videlicet de ſtemmate Illa Conradi  
Fax, grandior ſatu venuſta natarum,  
Ipsâ Dione condita obſtetricante:  
Cui Juno pectus, indoles & heroas,  
Mentem & puellari Minerva virtute  
Polivit. Hem qua? Elifabetha Parnaſſi  
Nymphas refulgens inter; ut minora aſtra  
Argentea inter aurei Soror Phœbi.

Deſiderata quando namq; Te augebit  
Prolis Patrem feraciore proventu;  
Ab muſteos, ſub utriusq; complexus!  
Prout puſillus ipſe Amor, Cupidoq;  
Præſcribet: Elifabethulas ut, & parvos  
Nathanaeles, Neſtor ipſe, ſed mater  
Annis Sibyllinis, videre poſſitis,  
Uterq; avorum nomine & modo illuſtres:  
Et lectulus, præ ſua vitate concentus,  
Receptet unus voſmet unius mentis

Bicor-



*Bicorpores, nedum palatium totum:  
Ac verba mella sint mera, & rose nutus:  
Beatius Tibine quicquam adornare,  
Vitâ queat nunc in Jehova civili?  
Felicitatis huius ille perfectior  
Erit Tue, jam tertium, maritalis:  
Cujus Triunum confiteris auctorem.*

**M. Martinus Mollerus.**

---

**D***ulcuntur viduaq; virginesq;  
Utræ rectius, ambigunt; & utra  
Oblectent magis & juvent amantes.  
Id te discimus arbitro, marite,  
Duxisti viduamq; virginemq;  
Sed semel viduam, semel: puellæ  
Commendas iterum tuos penates  
Et lectum, viduæ valete! causâ  
Nimirum cecidistis: atq; primas  
Ferunt Sponso hodiè arbitro puellæ.*

**Gregorius Richterius Junior.**

---

**D***Otes virtutum Sculteti dicere auebant  
Cum Jove, Apollo, Themis, Svada, Minerva, Charis.  
Juppiter: indultu, duce me, Scultetus honorum  
Gaudet, quos Virtus exstimulare solet.  
Phœbus at: ingenii donatus acumine per me,  
Miles in Aonio clarus ovavit agro.*

**B**

**Sed**



*Sed Themis: à teneris meacum sit castra secutus,  
Curia praelustri cingit honore caput.*

*Hinc Svada: byblae praestat dulcedine linguae,  
Nestorioq; sono pectora cana movet.*

*Pallas ait: Natum, Patrem velut antè, polivi,  
Et Sophico pavi corjuvenile favo.*

*Tum Charis: hic nostrum formavit pectus ad unguem,  
Cumq; pio mores gestat amore graves.*

*At Venus: esto! omnes dederint sua munera Divi:  
Conjux & Pater ut sit, dare nunquis habet?*

*Laus ea sola mea est: Sculteto conjugo Elisam,  
Et pariles geminis cordibus indo faces.*

*Sic Scultetus ut hoc nunc audit Conjuge Conjux,  
Hac Genitrice dein audiet ille Pater.*

*Non mea eum ludent falsis oracula votis,  
Has decimas decimo mense Amor iste feret:*

*Tunc proles patri, tunc dividet oscula matri,  
Filioloq; parens, filioloq; parens.*

*Adplaudent Veneri, Patrem dicentq; beatum  
Cum Jove, Apollo, Themis, Svada, Minerva, Charis.*

*Georgius Closius, Pastor  
in Deutsch-Oßig.*

---

**P***erfectus numerus cum sit ternarius, opto,  
Hoc ut perfectum sit benè Conjugium:*

*Alite quod fausto, Clarissime Compater, intras:  
Ne repetat viduum Quarta maritorum.*

*Christoph. Stübner.*



**D**um Vir Clare petis sociam, qua tadia vita,  
Curarum & molem diminuisse queat;  
Insuper & metuens infesta tempora brumæ,  
Virgineo refici, Sponse, calore cupis.  
Ent tibi post tot vota tori fundator Elisam  
Adducit, de mta qua ferat ipsa vicem.  
Sic Jovæ visum, superum fuit ista voluntas,  
Intret ut in thalami fœdera casta Soror.  
Nam Fati vi crescit amor, vi dantur amantes,  
Nil, quod fata negant, fit fieri vè potest.  
Ecce tibi donum est, & erit dos Enthea, Sponsa  
Nam venit à Domino, qua venit apta tibi:  
Hæc tibi solamen voveo sit rebus in arctis,  
Depellens curas pectore quasq; tuo:  
Hæc tibi Consilium dabit Audax, nominis omen,  
Dicit at, ingenii visq; notata boni:  
Hæc tibi calfaciet brumali frigore lectum,  
Dum feret ex animi fomitem amore novum.  
Ergò age concesso divinitus utere dono,  
Est etenim cordis pars mediata tui.  
Faxit fatali qui pectora fœdere junxit,  
Ut cœptus cuncto tempore duret amor;  
Utq; sit in gemino mens unica corpore vobis:  
Arceat à vestrà iurgia amara domo.  
Semper at in thalamo Pax & Concordia regnet,  
Quâ sine quid lectus? nil nisi luctus erit.  
Fertilis inde domus multâ te prole beabit  
Patrem, qua geminent nobilitate genus.



*Hac voveo, hacq̄ precor, Vota exaudire precantum  
Qui solet, ille sinat pondus habere preces.*

Sponsæ Germanus gratula-  
bundus offereb.

Caspar Kunrath Gorlic.

---

EPIGRAMMA

ad

Amplis. Dn. Sponsum.

**H**Actenus amissam deflesti Sponse maritam:  
Parva sed inde solo gloria, parva polo.  
Nunc melior tandem surgit sententia mente:  
Elisaben thalamo dum sociare libet.  
Illam si casto vinces in amore: redibit  
Ad te magna solo gloria, magna polo.

Joachimus Tunckelius.

---

NATHANAEL SCULTETUS

ἀναγρᾶμματικῶς

HUNC TENET ALTA SALUS.

**H**UNC TENET ALTA SALUS qui sacro fonte la-  
(vatur,

In Trinum sperans: HUNC TENET ALTA SALUS.

HUNC TENET ALTA SALUS qui temnit gaudia Mundi,

Cælica sed curans: HUNC TENET ALTA SALUS.

Ingre-



Ingreditur lætus qui tandem cælica regna

HUNC TENET ALTA SALUS, HUNC TENET

(ALTA SALUS.

ALIUD.

*Dum lectum reparas fato SCULTETE diremtum  
Cuncta tibi cedant faustè & feliciter, opto.*

Ehrenfredus Tunckelius

L L. Stud.

---

*Cùm viduum, Magni Sculteti nobile germen,*

*Parca, fatorum numina bis facerent:*

*Cùm gemina patrem lugentem funera prolis*

*Parca, fatorum numina bis facerent:*

*Tùm multo fertur clamore implèsse Dione,*

*Auro quæ fulgent, atria tota domus.*

*Murmura magna DEæ nympharum densa caterva*

*Audiit: & timido vix stetit illa pede.*

*Sicne tori genios fatalia numina turbant?*

*Nulla feram: illæ sum numen habere volo.*

*Præbuerint quamvis Sculteto semina flendi*

*Funera dilectæ conjugis, & sobolis.*

*Ipsa tamen reddam turbatæ gaudia menti:*

*Et dulces fructus lætitiæ referam.*

*Elisabetha pio & veteri de stemmate nympha*

*Kunradùm veniat tertia nupta Viro.*

*Illæ velut vitis generosas proferat uvæ,*

*Coniugii fructus, pignora lætæ tori.*

B 3

Dixe-



*Dixerat. Et cœlum firmabat murmure: multa  
De pace, atq; opibus, fertilitate movens.*

Abrahamus Nicius  
Cantor.

---

**S**CULTETE, Magni progenies patris,  
Dùm nobilem iungis tibi virginem,  
Ex corde toto comprecari  
Sancta Fides jubet, impetratq; ;

Ut, quod minaris, prosperitèr tibi  
Cedat, tuæq; : gratia quam decens  
Morum venustat: quamq; culti  
Egregiè decorant lepóres.

Qui nos creavit, Omnipotens Pater,  
Faxit benignè virgine cum tuâ  
(Seu mavelis dici maritâ)  
Innumeros numeres nepotes.

Johannes Major, Scholæ  
GorL. Collega.

---

**H**AËtenus in viduo Sponsum requiescere lecto  
Funera lugentem vidit ut alma Venus.  
Anné ait: hunc pati a nimio tabescere luctu;  
Quemq; boni redamant, curia quemq; tenet?

*Non:*



Non: mage sed socii revocabo ad iura cubilis;  
Qui mihi bis supplex, bis decus ante fuit.  
Mox natum misit; pharetrâ sumptisq; sagittis  
Qui pectus peteret, vulnus & incuteret.  
Ille celer summis extendit nixibus arcum,  
E validâ torquens spicula casta manu.  
Ima quibus tibi Nathanaël praeordia tangit;  
Atq; tuum pectus sauciat Elisabe.  
Hinc factum: alter ut alterius capiatur amore,  
Flagret & in toto viscere flamma ferox.  
Sed bene, felices longum vos mutuus ardor  
Exhilaret, servet, sospitet & foveat.  
Ille brevi ingentem largo cum fœnore fructum,  
Coniugii cari pignora cara dabit.  
Queis vel mille voluptates & gaudia mille  
Captans in cunis ludet uterq; parens.

Als Venus den Herrn Breutigam  
In Widwerstandt gesehet/  
Sah' sehr betrübt vnd einessam:  
Sprach sie: Das mich auch schmercket.  
Solich den' lassen in Bnmuth  
Vnd mit Herkleid ombgeben?  
Der



Der alle Fromen lieben thut:  
Die Ihn auch Ehren eben:  
Mit nichten: sondrn' ich wil vielmehr  
Ihn seines Leids ergezen/  
Vnd wieder / da er sol freud vnd ehr  
Haben / in Eh' stand setzen.  
Zu hand Cupidinem ihrn Sohn  
Mit Köchr vnd Pfeil armiret /  
Daß er ihm's Herz verwundet schon /  
Bedachtsam ablegiret.  
Er spannet seinen Bogen gut /  
Vnd schoß damit in eile /  
Jedoch aus keinem Uermuth  
Der Lieb züchtige Pfeile.

Ach Herr Nathanael er thet  
Ewr Herz damit durchschieffen /  
Auch ward Jungfraw Elisabeth  
Vom Pfeil ewrß mit ergriffen.  
Dannher ein g'waltig Few'r entsteht:  
Davon beyd'r Herzen brennen.  
Aber der g'fahr ihr wol entgeht /  
Bedörfft ihr nicht entrennen.

Son



Sondern die Flam wird euch allzeit  
Frölich in Glück erhalten/  
So wird auch Gott in Kreuz vnd leidt  
Mit Gnad vber euch walten,  
Auch geb'n herz liebe pectora/  
Schön vnd artlich gezieret:  
Deß heylig'n Ehstands pignora  
Nach Gottes Bild formiret.  
Welche euch werden kurzweil vnd freud  
Auch in der Wiegen geben/  
Vnd werd nachmals auch mit der zeit  
Groß Ehr an ihn' erleben.

Paulus Gebhard  
scholæ Collega.

---

Dn. NATHANAELI SCULTETO,

Tertiùm Sponso,

S.

**S**Culteto fatis viduo nova debita conjunx  
Quasita à Divis Elisabetha venit.

C

Plau-



Plaudite Pierides, nova fundite carmina Sponso,  
Pierias coluit Sponsus & ipsa Deas.  
Vos etiam lepidi Charites ridete susurro,  
Nam Cypris & Sponso ridet amica novo.  
Inter Hamadryadas, faciles interq; Napeas,  
Naiades &, Sponsam seligit illa viro:  
Nec montes tamen & sylvas fluviosq; pererrans  
Lustravit quotquot Lusatis ora tulit:  
Intra Gorlicii tantum se mœnia servans  
Invenit, meritò quâ Neonymphus ovet:  
Adducitq; hodie, thalamiq; in fœdera sponsat:  
Mutuo ut alternis se osculo amentq; fide.  
Scilicet hac dignus tu virgine Sponse marita,  
Hocq; Terapnéa ô Sponsa paranda viro,  
Sat forma, sat frontis habes. Quæ cætera? dicent  
Forte, minus quos fors nunc violenta rotat:  
Nos vix non dat precipites, dum præmia Musas  
Nulla sacras, vix dum parta labore, manent.  
Vota feram. Vobis Diû dent superare senectam  
Nelida, Lachesis cui tria seclâ tulit.  
Papæ! quî foveam? Decurrant molliter anni  
Dum solvat, Superûm lege, suprema dies.  
Nexibus interea fidei, & concordia ahena,  
Mutuus in bino corpore flagret amor:

Ut



*Ut generis soboles spes posthuma surgat, & inde  
Circumdent vosmet gaudia, mille ioci.*

*Voti hæc summa mei est: cui ne quid defuat addo  
Vota, det astripotens ut rata vota cadant.*

Johannes Hoffmanus  
Collega Scholæ.

F I N I S.



Die geistliche ...  
Circulir ...  
Vom ...  
Vom ...

Johannes Hoffmann

Collega Scholae

H I M I S







Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3